

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6197

Auteur(s) : Guillaume de Rupièrre, Lisieux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Osberne, Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1192-1199, 19 octobre]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume [de Rupièrre], évêque de Lisieux, concède à l'abbaye Saint-Pierre de Préaux, à cause de la pauvreté des moines, les églises Saint-Antonin d'Épaignes et Notre-Dame de Selles, avec leurs dîmes, revenus et offrandes qui auparavant revenaient au prêtre desservant, biens qu'il assigne à la vêtire des moines ; il ajoute les églises Notre-Dame de Préaux et Saint-Martin de Toutainville, avec leurs revenus destinés à l'infirmerie ; les revenus des églises Saint-Germain et Saint-Ouen de Pont-Audemer, que le desservant percevait habituellement, assignés à la cuisine des moines. Ces revenus qui appartenaient auparavant aux desservants de ces églises, seront destinés à l'usage propre des moines et à leur entretien, sauf les droits de l'évêque et de l'archidiacre, l'institution des vicaires étant conservée par l'évêque et ses successeurs, la présentation, par les moines de Préaux.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, n° B94, p. 325-326.

Dissertation critique

Guillaume de Rupièrre, évêque de Lisieux, 1192 - 19 octobre 1199.

Texte établi d'après a

Villelmus, permissione divina Lexoviensis episcopus, universis sancte matris Ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit, salutem et Dei benedictionem. Cum universarum diocesis nostre ecclesiarum ad nos pertineat proventus et dispositio canonica, earum maxime curam gerere debemus propensioem et attentioem sollicitudinem in quibus sacre religionis viget observantia et pauperum Christi sustentatio jugi deservit famulatu. Eapropter venerabilium in Christo fratrum nostrorum, O(sberni) abbatis et conventus de Pratellis, precibus inclinati et ipsorum paupertatem reique familiaris inopiam attendentes, divine pietatis intuitu, predicto monasterio et fratribus ibidem Deo servientibus concedimus et confirmamus ecclesias Sancti Antonini de Hispania et Sancte Marie de Sellis com omnibus decimis et proventibus aliis ad ecclesias ipsas pertinentibus que ad presentationem ipsorum pertinere noscuntur, ita ut omnes fructus et obventiones ad presbiteratus ipsarum ecclesiarum antea pertinentes vestiture monachorum imperpetuum assignentur. Preterea concedimus et confirmamus prefato monasterio omnes fructus et obventiones ecclesiarum Sancte Marie de Pratellis et Sancti Martini de Tustinivilla ad presbiteratus ipsarum ecclesiarum antea pertinentes in proprios usus infirmarie monachorum decetero convertendos. Similiter et omnes fructus et obventiones ecclesiarum Sancti Germani et Sancti Audoeni de Ponte Audomari quos in ipsis ecclesiis

antea presbiteri percipere consueverunt ad usus coquine dicti monasterii concedimus. Volumus tamen ut in singulis predictarum ecclesiarum reservata sit nobis et successoribus nostris vicariorum institutio ad presentationem ipsius abbatis quibus de bonis singularum ecclesiarum singulis ab abbate et monachis sepedictis assignetur sustentatio, salvo in omnibus jure episcopali et archidiaconali. Volentes igitur prefatos abbatem et monachos prenominatarum ecclesiarum fructus et obventiones, sicut prescriptum est, libere et pacifice in posterum percipere et, sicut supra distinximus, in usus prescriptos imperpetuum absque ulla diminutione convertere. Ne ista concessio nostra tractu temporis violari aut malignitate qualibet possit in irritum revocari, ipsam presentis autentici nostri munimine et sigilli nostri impressione roborare duximus oportunum.